



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.48. Res in Galliis gestæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI. quarta Octob. Indictione tertia nempe
A. C. 584. anno 584. data est.

§. LVIII.

Res in Galliis gestæ.

Greg. Tur.
VI. c. 42.
Paul. Diac.
III. c. 17.

Greg. VI. 46
VII. 4.

Mauritius Imperator, ut laboranti Ita-
 liæ auxilium ferret, misit quinqu-
 ginta millia aureorum solidorum Chil-
 deberto Francorum Regi, sperans Longo-
 gobardos expulsurum. Ille exercitus
 quidem in Barbaros movit, sed eorum
 obsequiis & donis facile delinitus, cum
 præterea Chilperici Patruis sui necesse
 comperisset, paulo post in Franciam re-
 vocatur. Rex Chilpericus Parricidarum
 manibus occubuit Cellis ad Matronam
 anno 584. cum die illa feras insectatus
 domum rediret, postquam annis viginti
 tribus regnasset. Malculus Episcopus
 Sylvanectensis, qui jam triduo expectans
 ad Regis conspectum non admissus fue-
 rat, funus curari iussit, in oratione apud
 defuncti corpus pernoctavit, atque se-
 cundo fluvio Parisios devectum in Eccle-
 sia S. Vincentii sepelivit. Fredegunda
 Regis occisi Vidua pertimescens, ne sce-
 lerum suorum debitas pœnas subire com-
 pelleretur, in Ecclesiam Parisiensem &
 sub

manos foverunt, meriti sunt, ut eo ferme modo
 quo Episcopi in Germania, terrenum quoque
 Principatum obtinerent.

sub Episcopi Raimundi tutelam convolavit. Filium ex Chilperico susceperat non plus sex mensibus natum, qui in Regno Patris sui successit. At tota Auctoritas ad Guntramum, qui solus ex filiis Clotarii I. supererat, in Regno Francorum tunc devoluta est.

Sæculum VI.
A. C. 584.

Chilperico sublato Cives Rothomagenses Pretextatum Episcopum suum ab Exilio revocatum in Sedem suam inter maximæ lætitiæ signa restituerunt. Haud multo exinde elapso tempore Parisios se contulit, & in conspectum Regis Guntrami admissus rogavit, ut Causam suam examini subjici juberet. Fredegunda Regina huic Episcopo semper adversa dicebat, eum recipi non posse, olim quadraginta quinque Episcoporum Judicio depositum. Verum Guntramo Concilium ad discutiendam hanc Causam convocare parante Raimundus Parisiensis omnium Episcoporum nomine dixit; Pretextatum non fuisse depositum, sed ei solummodo Pœnitentiam injunctam. Melanius autem, quem pulso Pretextato in Sedem Rothomagensem intruserant, eadem ejectus Rotovium locum vicinum cum Fredegunda Regina, illuc a Guntramo relegata, se recepit.

Greg. VII.
c. 16.

Interea Gundebaldus, se Rege Clotario I. genitum jactans, collecta factionum hominum multitudine multas A-

c. 19.

K 2

quita-

Sæculum VI. quitaniæ urbes in potestatem suam re-
A.C. 585. degerat. Aliqui etiam Episcopi victo-

rem in suas Civitates, non nulli quidem
 sponte, alii vi compulsi receperant, illi
 Ursicinus Cadurcensis & Bertrandus Bur-

degalensis accensendi sunt. Imo Ber-
 trandus Gundebaldi Mandato obtempe-

Greg. VII. rans Faustianum Episcopum Aquis Tar-
6. 31. bellicis ad Aturum annum ordinari co-

ravit. Bertrandus quidem oculorum a-
 gritudinem prætendens, noluit ei manus
 imponere, verum tamen ipso Auctore Pa-

ladius Santonensis & Orestes Vasatensis
 Faustianum ordinarunt. Gundebaldi

suorum proditione capto, & interfecto
 Rex Guntramus Concilium Matiscom
 decimo Cal. Nov. anno Regni sui 24.
 est 23. Octob. anno 585. celebrandum

pronunciavit, in quo Episcopi, qui ad
 eum defecerant, judicarentur.

20. 5. p. 976. Prius tamen 23. Maji eodem anno
 aliud Concilium non multorum Episcopo-
 rum nempe septendecim Valentiniæ con-

gregavit. Inter illos præcipui fuerunt
 Sapaudus Arelatensis, Priscus Lugdunen-

sis, & Evantius Viennensis. Rex missis
 cum Epistolis Asclepiodoto Referenda-

rio suo ab hujus Concilii Patribus petiit,
 ut Donationes ad Loca Sacra a se, a Re-

gina defuncta Astrechilde uxore sua, &
 filiabus suis Clodeberga & Clodehilde
 Virginibus Deo consecratis factas vel
 facien-

faciendas confirmarent. Concesserunt Sæculum VI.
A. C. 585.
Patres, quod petebat Rex, atque in illo Confirmationis Decreto Ecclesias S. Marcelli Cabilloni, & S. Symphoriani Augustoduni nominatim memorant; præterea illorum locorum Episcopis Regibusque sub Anathematis pœna prohibent, ne futuris temporibus Bona donata auferant, vel minuunt.

§. XLIX.

Guntramus Aurelicæ.

Concilio soluto Rex Guntramus professionem suscepit Parisios Clotarium puerum Nepotem suum Chilperici filium e fonte Baptismi levaturus, quod tamen non nisi post elapsos annos sex factum est. Rex in transitu Civitatem Aurelianensem ingressus, exceptus est ingenti clamore populi maximam lætitiâ profitentis, præprimis vero Judæorum, vota ingeminantium, ut omnes Nationes huic optimo Regi subjicerentur. Facile intellexit Rex, quid adulatione manifesta circumcisi isti sibi vellent, scilicet ut eorum Synagoga multis abhinc annis a Christianis dejecta, repararetur; at prandio assidens dixit: nunquam feram, ut hoc fiat. Tum ad Episcopos præsentibus: *Unam Gratiam rogo vos! date mihi crastina die Benedictionem vestram domi meæ, ut ingressus vester mihi salutaris accidat.*

*Greg. VIII.
6. 2.*

K 3

cidat.